

Band IX., Nr. 3995, Seite 373-375

*Der Official des Konstanzer Hofes vidimiert die Urkunde des Edlen Heinrich von Neuffen und seiner Söhne Berthold und Albert für Kloster Lorch von 1270 Februar 2, betreffend das Patronatrecht der Kirche in Buoch.*¹

Konstanz, 1290. Juni 7.

In nomine domini. Amen. In presentia nostri . . officialis curie Constantiensis et testium subscriptorum ad hoc rogatorum et vocatorum anno domini MCCLXXX., septimo die intrante mense Junio, indicione tertia, ex parte . . capituli ecclesie Constantiensis instrumentum quoddam exhibitum fuit et petitum, ut ipsum instrumentum exemplari et publicari ad evitandum periculum curaremus. Nos itaque dictum instrumentum et sigilla ei appensa nobis et dictis testibus fide oculata ostensa lecta et diligenter examinata quia invenimus non cancellata non abolita non rasa integra et in nulla parte vitiata publicavimus exemplavimus de verbo ad verbum nichil addito nec subtracto ad fidem perpetuo faciendam. Instrumenti autem tenor talis est: In nomine domini. Amen. Hainricus nobilis de Niffen *u. s. w., s. Bd. 7 S. 68.*

Ad observationem sive roborationem autem predicti instrumenti quatuor sigilla cerea ipsi appensa fuerunt, quorum duo rotunde forme et alia duo oblonga extiterunt. Continebatur autem in uno rotundorum sculptum ad modum galee, cui superposita sunt in signum militare duo cornua et legebatur in circumferentia: Sigillum Hainrici de Niffen. In secundo autem rotundorum continebatur clipeus militaris et legebatur in circumferentia: Sigillum Ludewici ducis de Tekke. In uno vero oblongorum sculpta fuit ymago ad modum abbatis sedentis in sede et habentis in manu dextra baculum et in manu sinistra librum, capite nudo, et legebatur in circumferentia: Sigillum Ulrichi abbatis in Lorche. In altero vero oblongorum sculpta fuit ymago episcopalis induta pontificalibus sedens in cathedra mitram habens in capite, in manu dextra baculum pastorem et in sinistra librum, et legebatur in circumferentia: Sigillum Eberhardi dei gratia Constantiensis ecclesie episcopi. In testimonium autem omnium predictorum exhibitionis examinationis tam circa scripturam quam circa sigilla nec non publicationis et exemplificationis auctoritate iudicialia factorum legitime sigillum curie Constantiensis una cum sigillis honorabilium in Christo fratris Johannis episcopi Letoviensis, . . abbatis monasterii de Petri Domo, . . abbatis monasterii de Crùzzelino, . . abbatis monasterii

¹Am 15. Dezember 1270 trat das Kloster dieses Patronatsrechte an das Domkapitel ab, s. WUB, Bd. VII, S. 120, Nr. 2182.

II

Scothorum extra muros Constantiensis civitatis ac . . prepositi ecclesie sancti Johannis Constantiensis presentibus litteris cum testium testimoniis infrascriptorum ad premissa omnia vocatorum et rogatorum decrevimus appendendum. Testes autem, qui premissis omnibus interfuerunt, sunt hii: honorabiles in Christo Rūdolfus de Heuwen decanus, Cūnradus de Vriburch prepositus, Burchardus de Hohenvels scolasticus, magister Hainricus de Vilingen canonici ecclesie Constantiensis, Ūlricus de Sittingen prebendarius sancti Conradi, Wernherus dictus Murer canonicus ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Waltherus dictus Schamblier canonicus ecclesie sancti Johannis Constantiensis, Cūnradus de sancta Margareta dictus Curialis, Johannes de sancto Mauritio dictus Rasor, Hainricus de sancto Cūnrado, Wernherus de sancto Petro dictus de Haingingen, Lūtoldus de sancto Ūlrico dictus Pawarus, Ūlricus dictus de Omnibus Sanctis, Dietricus dictus de Tuttelingen sacerdotes altarium ecclesie Constantiensis, Hainricus dictus Scriba canonicus ecclesie Episcopalis Celle, Hainricus notarius de Crūzzelino, magister Johannes de sancto Gallo, magister Hainricus de Herbozzhain, magister Hainricus doctor puerorum in Constantia, Rūdolfus de Curia examinador testium curie Constantiensis, Wernherus clericus dictus de Rāterschoven, Waltherus clericus domini . . decani Constantiensis predicti, Johannes de sancto Gallo scholaris domini Hainrici cellerarii canonici Constantiensis, . . dictus Kamerer clericus, . . dictus Geliger clericus et alii quam plures. Nos frater Johannes episcopus Letoviensis, . . abbas monasterii de Petri Domo, . . abbas monasterii de Crūzzelino, . . abbas monasterii Scotthorum extra muros Constantienses et . . prepositus ecclesie sancti Johannis Constantiensis supradicti in testimonium omnium premissorum sigilla nostra una cum appensione sigilli . . officialis curie Constantiensis huic littere duximus appendenda.

Datum Constantie, anno domini MCCLXXXX., septimo die intrante mense Junio, indicione tertia, ut superius est predictum.

Textabdruck folgt dem Original.

Siegel: 1) des Bischofs Johann von Litthauen, abgegangen. 2) des Offizials, s. WUB, Bd. VIII, S. 418, Nr. 3279. 3) spitzoval, 63, 42 mm., der sitzende Abt mit Stab und Buch; Umschrift: + . *Sigillum* . DIETHELM . ABBATIS . MONasterii . De . PeTRI . DOMO . 4) spitzoval, 52, 33 mm., stehender Abt mit Stab und Buch; Umschrift: + . S . GERVNGI . ABBATIS . CRVCELINENSIS *. 5) spitzoval, 50, 31 mm., wie 4; Umschrift: + . S . GELASI . ABBATIS . SCOTOR . COSTANT . 6) spitzoval, c. 48, 31 mm., oben die hll. Johannes der Täufer, mit der Rechten auf das Lamm deutend, das er in der Linken hält, und Johannes der Evangelist

III

mit einem Buch, unten knieender Beter; Umschrift: . . S . WALTeri . PrePOsITI
. ECCLesIE . SanCti . IOHannis . CONSTANTiensis.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 86

Regesten:

Chartularium Sangallense, Bd. 4, S. 359, Nr. 2241.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Allerheiligen Wohnplatz (18016)
Allerheiligen, Markdorf, FN
Altstadt Wohnplatz (7705)
Altstadt, Freiburg im Breisgau, FR
Buoch Wohnplatz (1739)
Buoch, Remshalden, WN
Burg Hohenhewen Wüstung (23449)
Burg Hohenhewen, Engen, KN, W
Hayingen Wohnplatz (15868)
Hayingen, RT
Herbolzheim Wohnplatz (9886)
Herbolzheim, EM
Hohenfels (Burg), Überlingen FN
Kloster Lorch Wohnplatz (4658)
Kloster Lorch, Lorch, AA

Konstanz Wohnplatz (14442)
Konstanz, KN
Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)
Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES
Räterschen, Elsau, Kt. Zürich, Schweiz
Seitingen Wohnplatz (14212)
Seitingen, Seitingen-Oberflacht, TUT
St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
Teck Wohnplatz (437)
Teck, Owen, ES
Tuttlingen Wohnplatz (14194)
Tuttlingen, TUT
Villingen Wohnplatz (13977)
Villingen, Villingen-Schwenningen, VS